

und Nero verbunden, 1) die auf Kupfertafeln geschrieben waren, und vor einigen Jahren ohne weit

nostræ, et totius Italiæ æternitati prospexerit, quibus ipse non solum præcepto augustissimo, sed etiam exemplo suo prodesset, conveniretque felicitati sæculi instantis proportioni publicorum operum, etiam privatorum custodiæ, deberentque abstinere se omnes, cruentissimo generi negotiationis, ne inimicissimam pace faciem inducerent, ruinis domum villarumque placere, si quis negotiandi causâ emisset; aliquod ædificium, ut diruendo plus acquireret, quam quanti emisset! tum duplam pecuniam qua mercatus eam rem esset, in aera inferri utique, de eo nihilominus ad Senatum referretur; cumque æque non oporteret malo exemplo vendere quam emere; venditores quoque coercerentur, qui scientes dolo malo contra hanc Senatus voluntatem vendidissent, placere tales ventiones irritas fieri, ceterum testari Senatum dominio constitui, qui rerum suarum possessores futuri, aliquas partes earum mutauerint, dum non negotiationis causa id factum censuerint.

In Senatu fuerunt CCC. LXXXIII.

1)

VOLVSIO. P. CORNELIO. COS. VI. NON. MART. S. C.  
QVOQVE. VOLVSIVS. P, CORNELIVS. VERBA. FECE-  
RVNT.

DE. POSTVLATIONE. NECESSARIORVM. AL-  
LIATORIE,

CELSILIAE Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.

Cum S. C. quod factum est Hosidio Getâ, L. Vagellio Cos. clarissimis viris, ante X. cal. Oct. autore D. Claudio, cautum esset ne quis domum villamve dirueret, quod sibi acquireret, neue quis negotiandi causa eorum  
quid